

INDEX TITULORUM,

USURA quid, & unde dicta? 1060  
 Usura, & usurarium detestatio, mali-  
 tia, & prohibitio in  
 Lege naturali 1061  
 Lege veteri  
 Lege Evangelica  
 Canonico jure  
 SS. Conciliorum decretis 1062  
 Jure civili, & moribus gentium  
 Consuetudine 1063  
 Usurae divisiones, 1064  
 Usura, quæ aliquando licita? 1065  
 Usurarium mores, & morsus. 1066  
 Poena. 1067  
 Poenæ à Deo infligæ  
 Eriam hæreticis illorum 1068  
 De usura Scriptores. 1069  
 Utus. Item Ususfructus quid, & unde  
 dicti, Eorum finis, & extinctio. 1070  
 VULGUS quid, ejusque etymon, inge-  
 nium, natura, indoles, & mores. 1071  
 De his judicia dicta, & responsa Ethni-

ELENCHUS  
 TITULORUM, ET ARGUMENTORUM

omnium, quæ sub Littera X, Y, Z, continentur.

**X** Litteræ symbola, & mysteria. V.  
 1075  
 XENIUM quid, ejusque etymologia, &  
 usus. 1076  
**Y**, Litteræ Pythagoricæ usus, & signifi-  
 catio. 1077  
**Z**, Littera cujus rei sit symbolum, 1078  
 ZAHORI, vel ZAHURI qui? 1079  
 ZELOTYPIA quid, & unde dicta? 1080  
 Zelotypia generaliter acceptæ partitio  
 Zelotypia generaliter acceptæ partitio  
 Lex apud Judæos, & purgatio. 1081  
 Hieroglyphicum 1082  
 Zelotypi qui? upuâ  
 Proci, Amasii  
 Marii  
 Uxores,  
 Amatores 1083  
 Amicæ, Meretrices,  
 Pæderastæ. 1084

**ZONA** pro cingulo quid, & unde di-  
 ctâ? 1085  
 Zonarum varietas, 1086  
**A** materia. 1087  
 Ab usu in genere. 1088  
 In specie  
 Qui, & quando iis usi, v.g.  
 Pontifices, Sacerdotes. Vet.  
 test. ejusque significatio. 1089  
 Prophetæ. 1090  
 Apostoli  
 Sacerdotes novæ legis  
 Virgines, Zone nuptiales  
 1091  
 Puerperæ  
 Milites  
 Convivantes. 1092  
 Magistros. Sive dignitatem  
 adepti. 1093  
**ZONA** pro circulo spherico quid, & unde  
 dictâ? 1094  
**ZONA** pro circulo spherico quid, & unde  
 dictâ? 1095  
**ZONA** pro circulo spherico quid, & unde  
 dictâ? 1096  
**ZONA** pro circulo spherico quid, & unde  
 dictâ? 1097  
**ZONA** pro circulo spherico quid, & unde  
 dictâ? 1098  
**ZONA** pro circulo spherico quid, & unde  
 dictâ? 1099  
**ZONA** pro circulo spherico quid, & unde  
 dictâ? 1100

corum, & Christianorum 1066  
 VULVUS quid, ejusque etymon, & di-  
 visio 1067  
 Vulnere in specie considerata. Utrum a ca-  
 pitis thoracis, pedum, vesicæ, faciei  
 Et de his apophthegmata. 1068  
 VULVUS quid, & unde dictus. 1069  
 Uxor quæ, & unde dicta. 1070  
 Uxorum acquisitio veteribus usurpata  
 Puta per  
 Coemptionem. 1071  
 Rapum  
 Meritum  
 Pugna  
 Servitium  
 Delectum. Vide *Infrâ*.  
 Occulare fornicum.  
 Uxorum conditio, & dignitas 1072  
 Uxoris probæ officia, mores, & exem-  
 pla. 1073  
 Uxores morosæ, & improbæ. 1074  
 De his apophthegmata Christianorum. 1075

Uxores maritos convertentes, & per-  
 vertentes. Vide *Matrimonium*.  
 Uxores maritos communicantes fructum  
 suæ  
 Improbitatis. 1076  
 Impudicitie  
 Prodigalitaris 1077  
 Superbiæ, morositatis  
 Impietatis  
 Opulentie  
 Formæ  
 Dignitatis  
 Mortis mariti. Vidui facti  
 De uxorum fortitudine, amore, fidelitate,  
 virtutibus. Vide *Locorum circuitum*, & *vi-  
 sitorum. Item. Mulier*.  
 De uxore ducenta apophthegmata. 1078  
 An, quæ Qualis, & quo tempore ducenta  
 sit, problema. Vide *Matrimonium*.  
 Uxorum delectus certus 1079  
 Delectus nullus. Occursus fornicum. 1080  
 Vide *Plura matrimonium. Nuptia*.



THEATRUM  
 HUMANÆ,  
 AUCTORE

LAURENTIO BEYERLINCK  
 ARCHIPRESBYTERO ANTUERPIENSI,

TOMUS SEPTIMUS,  
 Continens Literas, S, T, V, X, Y, Z.

\* *Asterisci Titulis sive Generalibus, sive Secundariis, Rebus sive sub iisdem  
 contentis præfixi, posterioris Auctarii sunt indices.*

A \* S. LITERA.  
 CUIUS REI INDEX?

**L**ITERAM S. silentii notam involvere con-  
 stat, quandoquidem silentium impetrare  
 cupientes lingua sonum velut fibulum, &  
 Literæ hinc proprium efformare solemus.  
 Quæ ob id à Græcis Sigma creditur appel-  
 lata, *σπῆρ* ἢ *σῆμα*. Unde veteres eam  
 foribus tricliniorum, & coenaculorum  
 appingebant, ut ea nota silentium indi-  
 ceretur convivis, cum multa inter bibendum soleant libe-  
 rius effluri. Latini tamen ad S. Literam T addidere, exem-  
 plum est apud Terentium in Phormione, S. T. quod est in-  
 dicium desiderati silentii. *Cælius lib. 12. cap. 18. A. L. Pie-  
 rius lib. 36. Hieroglyph. cap. 14. sub fin.* Narrat *Plutarchus in  
 sympo.* Lacedæmonis usitatum, hospiti ostensis foribus dice-  
 re, *σῆμα* ἢ *σῆμα* *σῆμα*, id est, hæc non egredietur sermo,  
 quod & Lycurgum fecisse, demandatis filio foribus,  
 testis est *Erasmus in Adagiiis*.

\* Sabbathum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

**S**ABBATHUM nihil est aliud quam requies. Hebraicè non  
 à Sabbatho, quod Bacchus, sed à שבת Scabathi, id est,  
 cessavit, dicitur *Gen. 2.* ubi vulgata editio habet, requievit. Un-  
 de Sabbathum accipitur pro die septimo cujusque hebdoma-  
 dis, eo quod primo Sabbatho mundi Deus requieverit ab ope-  
 re creationis, novarum scilicet specierum, ut quod die sexto  
 compleverat. Sumitur tamen Sabbathum latius aliquando pro  
 quovis die solemnium & festivo; eo quod Sabbathi solemnitas  
 maxima esset, & reliquas suæ vocis ambitu involveret, ut pa-  
 ter *Levit. c. 23. & 24.* quomodo nunc etiam explicat quartum  
 Decalogi præceptum, prout obligat Christianos, ubi jubemur  
*L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.*

Sabbathi diem sanctificare. Neque enim obligamus ad Sab-  
 bathum Judæorum præcisè: Immo totam hebdomadam hoc no-  
 mine vocarunt Hebræi à digniore parte. Hinc Phariseus, Je-  
 suno bis in Sabbatho, id est, hebdomada, & reliqui dies à  
 Sabbatho nominabantur, ut prima Sabbathi, id est, primus  
 dies post Sabbathum, qui Dominicus nobis, & ita consequen-  
 ter. Videatur *S. Hieron. Epist. 150. ad Hædianum q. 4.*  
 Itaque Sabbathum cessationem involvit non ab omni omni-  
 no re, sed ab opere: de quo postea & videri possent ea, quæ  
 dicimus in *Loco de Festis diebus*. Græci *σάββατον* vocant, F  
 hoc est, cessationem à labore corporis.

ORIGO. ET PRÆCEPTUM.

*Quære Locum de Judæis. Tit. Judæorum religiosa Socie-  
 tas, considerata respectu materie. Ubi de illorum Festis.*

Sabbathi origo, & institutio sumitur, ex eo quod Deus die  
 septimo cessaverit ab opere prime creationis rerum universi,  
 saltem quoad productionem novarum specierum: eumque  
 diem tunc commendaverit, & sanctum esse, ac sibi deputatum  
 voluerit, non quidem tunc actu, & re ipsa, sed decreto & desti-  
 natione, ut qui à Moyse tanquam sacer, & à Judæis colendus  
 indiceretur: sicuti factum fuit *Exod. 20.* ut tenet *Beza, Hie-  
 ronimus Prado, & alii*: Quamvis probabilius æstimaverim,  
 etiam eo ipso Deum præcepisse eum diem ab Adamo, &  
 posteris ejus, & sacro otio transigi, postquam recolendo be-  
 neficium creationis. Fuit ergo præceptum Sabbathi divinum,  
 non naturale, seu positivum, suamque originem habet ab hoc  
 primo mundi Sabbatho. Hoc interim certum est, cultum Sab-  
 bathi in servitute Aegypti, & à crebra obvia Hebræorum H  
 idololatria fuisse obliteratum, adeoque per Moysen à Deo re-  
 novatum, & restitutum. *Exod. c. 16. v. 23.* ubi postquam plura  
 manna feria 6. duplum ejus, quod decidebat aliis diebus, dixit  
 Deus, Requies Sabbathi sanctificata est Domino cras, q. d. Cras  
 est Sabbathum sanctum, & dicatum cultui divino: idcoque  
 quiescendum ab omni opere, & asserit Philo, Hebræos etiam  
 ignorarent à majoribus traditum mundi natalem, quod univer-  
 sum hoc absolutum fuisset, didicisse illum miraculo duplici  
 ti manna decidentis feria sexta.

A Cæterum



Cæterum perfectum de Sabbatho colendo præceptum datum fuit Exod. 20. quando inter alia Decalogi præcepta dictum legitur, Memento, ut diem Sabbathi sanctifices, & Deut. c. 5. Observa diem Sabbathi, ut sanctifices illum, q. d. observa, & celebra Sabbathum quasi sanctum, & à reliquis diebus separatum.

CAUSA, ET FINIS INSTITUTIONIS.

Gentiles, ait Diodorus in Catena Græcorum Exodi cap. 20. cenfebant, Hebræos in honorem Saturni Sabbathum colere. Diem enim septimum vocant ipsi diem Saturni, sicut primum vocant diem Solis, secundum Lunæ, tertium Martis, &c. Seneca test. 5. August. 6. Civit. 11. tided Judæos, quod septimam ætatis, & vitæ partem otiano perderent.

Plutarchus lib. 4. Sympol. q. 5. cenfet, Judæos in honorem Bacchi, qui Sabbathos dicitur esse, Sabbathum celebrare. Apian. Apud Joseph. lib. 2. contra eundem, narrat, Judæos Ægypto exeuntes laborate ulcibus iniquum, quæ Ægyptii Sabbatho vocabant, eaque septimo die cessasse. Ideoque eum diem ab illis Sabbathum esse vocatum, ac celebratum. Sed hæc gentiliū sunt commenta, & calumnice.

Lactantius lib. 7. Inst. 14. cenfet, Sabbathum dici à septem, quasi dicas, septimus dies. Verum patet Sabbathum non latinum, sed Hebræum esse vocem, ac significare quietem, à radice שבת Scabaz, id est, quiescit.

Prima igitur origo, & causa instituti Sabbathi fuit, ut homines Sabbatho opero creationis, & beneficium institutæ à Deo naturæ, conditque universi expenderent. Genes. 2. vers. 3. & 14.

Secunda, ut Hebræi in Sabbatho laboriosa servituti Ægyptiæ, & ab ea liberationis memoriam celebrarent; unde & pridie Sabbathi egressi sunt de Ægypto.

Tertia, ut Sabbathum dicatum Deo, signum esset electionis divinæ, qua Deus Israël, præ aliis gentibus, sibi in populum adoptavit. Unde Sabbatho Judæi à gentibus fecerantur. Hinc Ovidius:

Cultaque Judæo septima sacra viro.

Quarta, ut Sabbatho, à laboribus totius septimane daretur requies feruis, ancillis, & animalibus, ne nimio labore opprimerentur.

\* SOLENNITAS APUD JUDÆOS, ET AD EAM REQUISITA.

Summa erat Sabbathi solemnitas præ cæteris festis omnibus. Unde nec cibum in ea parere licebat, ut habetur Exod. 16. v. 29. nec ignem accendere, ut patet Exod. 25. v. 3. quæ tamen in aliis festis facere licebat.

Igitur sanctificatio Sabbathi toties præcepta, non erat alia, quam vacatio ab opere omni, ut patet Exod. 20. v. 10. nam colendo hoc modo Sabbathum, ut iusterat Deus, ut tacite profitebantur Hebræi, Deum Creatorem esse, & largiorem bonorum omnium.

Scribit Josephus lib. 7. belli 24. Plinius lib. 31. in JUDÆA fluvium esse, qui per sex dies fluit, septimo fluere desinat, relinquatque alveum siccum, idcoque eum Sabbathum vocari.

Quod ergo Deus præcipit nihil operis fieri in Sabbatho, intelligitur servilis, ut exprimitur in simili Levit. 23. 28. & non necessarii: poterant enim Sabbatho jumenta adquare, ex fossis extrahere, &c. ut docet Christus Mat. 12. 3. & seq. item D. agros curare, ut fecit Christus. Nam ut ait Tertullianus lib. 4. contra Marcion. 12. Opus salutis, & incolumitatis, non est opus hominis, sed Dei. Multo minus veterat hic opus spirituale, quale est omnis actio pia, & religiosa. Hæc enim Sabbathum decet, & ornat.

Vult autem, ut non modo omnes Hebræi observent solemnitatem Sabbathi, sed & jumenta ab opere cessare mandant, & quemcumque alienigenam, live gentem, qui cum eis erat, otium Sabbathi fervare, ut colligitur ex versu 15. 6. 5. Deut. Cajetanus, & alii.

Etiam in Sabbatho non erat licitum iter facere. Ut constat ex cap. 16. vers. 29. Exod. Mancat unquamque apud semetipsum, nec egrediatur de loco suo die septimo, quod intellige de itinere longo, & operoso. Nam aliquid iter peragere licuisse, docet Lucas in Act. 1. cum dicit montem Olivæ habuisse à Jerusalem iter Sabbathi. Abulenfi in cap. 4. Reg. q. 32. arbitratur, licitum fuisse in Sabbatho mille passus eundo, totidemque redeundo animi gratia, vel pia de causa conficere, sed

non ad expedienda negotia. Hoc etiam dicunt Lyrantus & Carthufianus Syrus interpretes hoc loco verit, qui est iuxta crepidinem Jerusalem, & distat ab eo circiter septem stadia. Cæterum dictæ traditionis origo, cur fas crederetur Sabbatho bere illud spacium perficere, cum lex aliquo in opere profurus iter vetare videretur, Exod. 16. nasci potest, sicut indicat Occumenius, quoniam Josue per præcones cavet, ut arca procedente, distarent ab ea castra dum nullum cubitorium intervallo; præterea debuit licuisse inde accedere ad ipsam ipso quoque Sabbatho.

Glossa interlinearis negat sciri, qua auctoritate in mores inducta sit Sabbathi per spacium assignatum ambulatio: Hunc autem Lyrantus magis ad recreationem fuisse, quam ad laborem. Unde etiam Christus cum Judæis ex eorum consuetudine, & opinione loquente: Orate, inquit Mat. 14. ne fiat fuga vestra hyeme, vel Sabbatho. Illa quidem, qua figure horrida, lutosa, & pluviosa est; hoc autem, quia religio prohibebatur Judæi ultra bere illud spacium procedere, & non omnino, ut superfluitose, ac ridicule nonnullos ex ipsis existimasse, & observasse, Origenes lib. 2. de Princip. cap. 4. testatur.

CULTUS SABBATHI OBSERVATUS, ET VIOLATORES PUNITI.

Pete ex loco de Festis, & Efflorum observatione.

Olim in SCOTIA Concilio approbante decretum est, ut dies Sabbathi à duodecima hora meridiei facerentur, neque quicquam res prophanas, quemadmodum festis diebus veterum erat, exerceret: idque campana sono populo indicaretur, ac postea factis rebus operam darent, concionibus interissent, vespetas, quas vocant, audirent, idque usque in diem lunæ facerent, constituta adversus contemptores gravi multa. Heitor Boethius lib. 13. Heitor. Scotorum.

CULTUS JUDÆORUM SUPERSTITIOSUS.

Judæi superstitiose coluerunt, & etiam hodie colunt Sabbathum, ut ab omni profuro opere abstinent. Hinc Machabæi olim Sabbatho pugnare, & se defendere noluerunt, sed suorum strage edociti consilium, & mentem mutarunt. 1. Mat. 2. Judæi quoque Christum persecuti sunt usque ad mortem, eo quod Sabbatho agros curaret.

Ridiculum est, quod narrat Volaterranus 3. Geogra. de JUDÆO, qui collapsus in cloacam die Sabbathi, noluit ob diei religionem eo die extrahi: sequenti vero cavio loci Dominus, G. nec extraheretur, prætexens Dominicæ reverentiam. De quo vide locum Efflorum.

Antiquior alterius vesania recitatur à Synefio oculato teste qui mox, ut sol recitit terram in Paraceteve, clavo navis relicto, proftravit se, seque cuius calcandum exhibuit, nec ad opus rediit, quamlibet adacto gladio minitaretur ei mortem, quam sequentis diei dimidium noctis rediret.

Eadem opinio, nimia religio tenebantur illi JUDÆI, quos Pompejum Strabo lib. 16. scribit, captis Hierosolymis expugnasse, eum diem jejuniū observasse, quo cessabant ab opere.

Etiam poetæ Ethnici Judæis superstitiosum Sabbathi cultum suis carminibus exprobrant. Juvenalis Satyr. 6.

Observent ubi festiva mero (nudo) pede Sabbatho Reges. Hinc colligitur, Judæos sacra sua pedibus nudis pergerisse, quæ à Tertulliano & Hieron. Nudipedalia appellantur, id, quod testatur Josephus in bist. de Berenice regina lib. 2. belli Judaici. Idem poeta Sat. 14.

Quidam forsiti metuentem Sabbatho patrem.

Et paulo post: Sed pater (Moses) in causa, cui septima quæque fuit lux, Ignava, & partem vitæ non attrigit ullam. Superstitiosam quietis, & otii observationem perstringit, unde Judæi Christum accusabant, quod in Sabbatho cæcum sanasset.

Nec verò operum omnium intermissio tantum, sed etiam jejuniis superstitiosis Sabbatho Judæos coluisse Martialis indicat, dum vocat jejunia Sabbathariorum, id est, Judæorum Sabbathum colentium.

Hujus quoque jejuniū meminit Tranquillus in Augusto: Et Curfus inquit, ne Judæas quidem, mi Iyberi, tam diligenter Sabbathi jejuniū servat, quam hodie ego servavi, qui in balneo demum post horam noctis duas buccas manducavi, priusquam unquam inciperem.

Jejuniū hujus hanc Ethnici finxerunt causam. MOYSES enim Damascena patria antiqua repetita, montem Sinai occupavit, quo septem dierum jejuniū per deserta Arabiæ, cum popu-

populo fatigatus, cum tandem venisset, septimum diem morte gentis, Sabbathum, id est, diem quietis appellatum in omnem ævum jejuniū servavit, & quietem, quoniam illa dies famem esse, eroremque finavit. Sic Justinus, Tacitus, & alii veterum antiquitates ignari tradiderunt: aliter Moses, & Josephus.

Lactantius Firm. lib. 4. c. 17. scribit à Judæis ita, atque invidiæ plenis Christum accusari, quod legem Dei per Moysen datam solveret, id est, quod Sabbathis non vacaret operans salutem hominum, quod circummersionem vacue faceret, quod abstinentiam suilla carnis auferret.

Perfusus Sat. 5. Sabbathi fimitur luculentam mentionem facit his verbis:

Herodis vomere dies, Sabbatho intelligit, & alia unquam fenestra Judæorum festa.

Disposita pinguem nebulam vomere lucerna. Enneamyxon intelligit, id est, lucernam novem lychnorum, quam Judæi in fenestella sub lumina primi diei præcedentis Sabbathum in ipso lumine domus ponebant, quam fenestram unam vocat profuro oleum, quod ex lucernis exsudabat, Addit:

Portantes violas, vubramque amplexa catinum, Cauda natat ibynni, tumet alba fidelia vino, Labra movet tacitus (dū oras) recutitque Sabbatho palles.

Id est, veneratis, colis: perinde ac si diceret Judaica Sabbatho. A Circumfione enim dicitur Judæi Recutiti.

Meminit quoque hujus jejuniū Strabo, dum ait, POMPEJUM M. Hierosolymam cepisse, observato jejuniū die, dum videlicet Judæi ab omni opere cessarent. Cur autem jejuniū Sabbathi nominetur, cum nefas esset Judaicis Sabbathis jejunare. Nam R. Moyses Ægyptius expresse testatur, veterum fuisse Judæis Sabbatho jejunare, nec aliqua afflictione fuisse licitum indicare jejuniū Sabbatho tradit, nisi uno casu tantummodo, quod videlicet ab hostibus vitæ esset obfusa, penam autem fuisse statutum, ut qui Sabbatho jejunaret, sequenti etiam die jejunare deberet: id quod & Judith exemplum confirmatum fuit, quo omnibus diebus vitæ sua jejunabat præter Sabbatho, & Neomenias, & festa domus Israël, de hoc, inquam, vide Cæsarum Baronium tom. 1. Annal. Eccl. in annum Christi 34. Tiberis autem Imperatoris 18.

MUTATIO IN DOMINICAM.

Sabbathi præceptum quatenus diem, & tempus aliquod nature cultu præcipuum, & externo dandum præcipit, morale est & naturale, hoc enim sciendum esse dicit lex natura: quatenus verò diem septimum, five Sabbathum ad hoc terminat, eoque quietere jubet, carceriale est, idcoque jam in lege nova abolitum. Ita D. Tho. 2. 2. q. 122. a. 4.

De mutatione autem Sabbathi in diem Dominicam, cur, quando à quibus sit facta, diximus in loco de Festis Christianorum: ubi etiam nonnullas hujus diei prærogativas adiecimus.

Cum enim aliqua pars temporis esse debeat, quo res divinæ colantur, cultusque Deo debitus tribuatur, rectissime Apostoli ex illis septem diebus eum, qui primus est, ad divinum cultum consecrare statuerunt, quem DOMINICUM diem dicere: Nam & S. Joannes in Apocalypsi Dominici diei meminit, & Apostolus per unam Sabbathi, quo est dies Dominicus, ut S. Chrisost. hom. 43. in 1. ad Cor. interpretatur, collectas fieri jubet, ut intelligamus, jam tum in Ecclesia Dominicum diem sanctum habitum esse. Catech. Conv. Triad. ex Aug. ser. 251. de temp. & epist. 118. ad Januar. c. 1. & epist. 119. c. 3.

SACRIFICIUM SABBATHI.

Vide Locum de Sacrificio.

\* SABBATHI VETERIS ALLEGORIA, ET SYMBOLUM.

SABBATHUM, id est, quies Dei, quod scilicet Deus ab opere creationis cessavit die septimo mundi, Sacramentum fuit, & causa legalis, & Carcerialis observantis hujus festi Sabbathi.

Hoc festum rursus allegoricè, typus erat Sabbathi, id est quies, qua Christus quiescit in sepulchro eodem die.

Tropologicè verò typus erat Sabbathi nostri, quo à peccatis cessare debemus, de quo vide Athan. hom. in illud: Omnia mihi traditas sunt, & S. Hier. in e. 59. Itaque, & S. Greg. l. 11. Registr. epist.

Antogicè verò Sabbathum typus erat, & causa Sabbathi, & quietis æternæ in calis, ut docet S. Paul. Heb. 4. 3. nam ut ait sanctus Joannes Apoc. 14. 13. Amodo jam dicit spiritus, ut re- L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

quiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos. Unde Rupertus hoc præceptum analogicè sic exponit, Et quasi dicat: Memento, ut diem Sabbathi sanctifices, id est, in omnibus operibus tuis Dei retributionem, & requiem æternam paratam attende.

Significat denique, Sabbathum diem Dominicum, & Festa Christianorum, quibus cessando ab opere servili, & magis ab inhonesto, & turpi, atque vacando pictati, & orationi, Deum colere debemus.

\* SABBATHIANI, ET SABBATHARI.

Sabbatius, à quo Sabbathiani hæretici, ex Judaismo ad Christianismum conversi, & presbyter ordinati, sectæ Judaice nihilominus inservebat: eoque in scelere Episcopatum ambiens, tandem obstituit, novitatem interim festi Sabbathi sub Valente Imperatore institutam, in vico Phrygiae Pazo defendere totis nitens viribus: unde ejus ordinario Marcianus, exinde Sabbathi errorem, & ordinationis sui temeraria culpam agnoscens, penitentiam motus, cum gemitu dicitur, melius sibi fuisse super ipsas manus impostuisse, quam Sabbathum ordinasse presbyterum. Viguit autem sub Arcadio Cæsare, & Siricio summo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 399.

Quomodo verò is illegitimus Episcopatum invaserit, refert, Niceph. lib. 14. c. 13. his verbis: Sabbathus, inquit, ordinaat, que honore suo non contentus, sed Episcopatum affectans, cum non haberet apud quos Episcopatum gereret, Novatianorum Ecclesia discessit, sub festi Sabbathi observationis prætextu. Itaque illegitimos conventus agere incipiens, apud Arcadii forum, cui Xerolophi, hoc est, Sicuti tumuli cognomen est, multum fuit: ibique aggredi facinus ausus est, gravissimo supplicio dignum. Cum enim in quodam frequenti conventu partem illam Evangelicæ lectionis pronuntiare deberet, quæ dicit: Erat autem dies Judæorum festus, qui dicitur Pascha: divinis verbis alia de suo attecut, quæ neque Scriptura, neque aures quæpiam unquam percipit. Erant autem ista: Exerandus (inquit) est, qui extra azyorum dies Pascha celebrat. Quod dictum ex eo auditum, & ad multos divulgatum ad illum ipsum etiam eos, qui sinceri apud Novatianos erant, quodammodo rapuit, atque pertraxit.

Sabbatharii sunt hujusce tempestatis hæretici, sectæ Anabaptistæ, qui nimirum authore Staphylis de Lutheranorum inter se concordia, Sabbathum more Judæorum colunt: diem Dominicam aspernantur, solumque Patrum invocant, Filium & Spiritum sanctum videtur negligere. De quibus Luther. lib. contra Sabbatharios.

\* Saccharum.

DEFINITIO, ET VARIETAS.

SACCHARUM Græca vox, est mel in candidum, five in arundinibus collectum, gummi admodum candidum, & fragile. Addit Plinius, dentibus fragile, & nucis avellanae magnitudine: Unde colligitur duplex genus Sacchari. Unum idem cum eo, quod hodie habemus, nempe medullam arundinum, five cannam: Alterum ipsa lachryma, que exsudat instar gummi arborei, antequam illæ præcidantur. Certum enim est veteres non habuisse artem, quam posterioribus sæculis adinventum humana industria, eliciendi Saccharum ex canna, & illud dealbandi, ac in duriciem illam excoquendi; cum nulla hujus rei mentio apud illos extet.

Vult autem Galenus Saccharum esse mellis speciem, eo quod virtute folis instar mellis concrecat l. 7. de simp. medic. Facult. c. 1. Dioscorid. l. 2. c. 7. Alii tamen Indicum vocant.

LOCUS UBI.

Apud veteres Cannifera, & Sacchararia Regiones erant Arabia felix, & India; quamvis quod ex hac afferbatur, præstantius haberetur, teste Plin. l. 12. c. 8. Nascitur & in Ægypto, Cypro, Rhodo, sed non tam frequens. Quin Galen supra citat, dicit, Saccharum, quod ex India, & Arabia convehitur, esse minus dulcè nostrate, erat autem Galeni tempore admodum rarum, & vix notum Saccharum. Hodie adeo vulgare, ex quo FORTUNATE Insula, quas Canarias vocant, & America detracta fuit; ut vilissimo pretio apud Belgas, præsertim qui artem excoquendi, & in candorem condensandi præ aliis quibusvis invennerunt, veniat, sic ut ne quotidianus cibus absque Saccharo placeat, etiam apud infimæ fortis homines.



**USUS, ET VIRES.**  
 De quotidiano usu in cibo paulo ante meminimus, qui tamen apud alias, & alias nationes varius. Certè ANGLI ita in omni obsonio, & esculento Saccharum adhibent, ut extraneis eò divertentibus nascantur, cum & vervecinam, & bovianam Saccharo condant. Apud alios Bellariorum duntaxat loco, præsertim si femine ad convivium vocentur, Saccharum inferunt. Dulcia enim effeminatos reddunt, & bilem generant, ideòque viris indigna, qui cibos melioris succi, & alimenti præstantioris ad robur, & vires corporis augendas exigunt. Medicis frequens est usus Sacchari, ut ejus facultates Galenus supra, dicit valere ad abstergendum, desiccandum, & digerendum.

Experientia docet, Saccharo impediri nè è stomacho ad cerebrum penetrent vapores, ideòque præsumptum arcere ebrietatem.

**ABUSUS IN CONVIVIIS.**  
 NEMPE APPONENDO.  
 Distrahendo.

Eò processit hoc tempore luxus in epulis, & conviviis, ut mensæ secundæ, ita vocantur eas, quibus bellaria inferuntur; non instruantur alio cibo, aut cupediis, præterquam quæ ex SACCHARO confecta sint. Ita ut plerumque pretium reliquorum, quæ apposita ante fuerant, excedant, quæ quidem ita distrahuntur inconvictis, & inurbano modo, tanquam si victores opulentiam urbem deprædatis ingrediuntur, præterunt quod uxores, pusiones, agnates, vicinos domi habeant, quibus impartiunt; qui si convivio interfint, mittunt ad eos prædam, ut eodem mansuetum recendant cum spoliis, quæ & ipsi detulerunt. Si quid forte, quod rarius accidit, nisi in consortio virorum graviorum remanserit, manibus ministrorum, qui tanquam harpic circumstant, discedendum relinquunt.

Solemne etiam apud plebeios, quod superest, deprædationi in ministris proicere, qui inter se luctantur, ut colligant, & apprehendant, & ita jucundum convivantiis spectaculum præbent.

**FORMAS EFFINGENDO.**

Superat tamen, & excedit omnia superiora, quod naturam æmulati etiam hic, & præcellere voluerint istarum cupediarum amatores: dum è Saccharo haud secus quam luto, argilla, C gypso, noviplastis majoribus incogniti, quarumvis rerum formas effingunt, ut etiam oculos fallant, qui pro veris paradigmata Saccharata intuentur ea arte fabricata, ut nisi manum & alios sensus admoveas, vera arbitris, & à natura producta. Hinc mensis illata videmus animalium varia genera, arbores, fructices, hortos, merces, aromata, vestes. Immo & castra aliquando, & arcès: à convivis liguenda, vel auferenda.

\* Sacerdos.

IN GENERE.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

**SACERDOS** Græcè ἱερός: à sacris dictus, & vocatur hoc nomine, qui Deo dedicatus est ad faciendum sacrificia. Unde illud proprium, ac maximum illius munus. Ita Cicer. 4. Acad. Cum sacerdotes Deorum vocationem habent, &c. Nisi enim dictum velimus apud scriptores Ecclesiasticos, à sacra dote, quam primum à Deo accepit supra Aaronica, è qua sacerdotes Hebraeos quædam habebant; ut cui Deus præcepit, ne inter fratres suos quædam possiderent, aut partem haberent inter Deos: Ego inquit Num. 18. vers. 20. pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Hoc est, ut explicatur 7. reg. c. 13. sacrificia, victimæ, & oblationes, quæ mihi offeruntur, tua sunt hæreditas, tua dos, & portio. Apud profanos Auctores in utroque genere usurpatur, cum gentiles ex utroque sexu sacerdotes habuerint. Hinc Virg. l. 6. Æneid.

*Deipobus contra, ne sevis, magna sacerdos, &c.*

Veteres quidam nomine sacerdotum intelligebant Episcopos, quod colligere est ex libro Ambrosii de dignitate sacerdotali. Et Chrysost. libris de sacerdotio, quorum uterque de foliis Episcopos ait.

Est etiam sacerdotium spirituale iuxta, quod omnes Christiani nonnunquam dicunt sacerdotes, eo quod hostias spirituales, necnon opera bona, orationes, & laudes Deo offerant. Sed hæc acceptio impropria est, & figurata. Loquitur autem de hoc genere sacerdotum Petr. 1. Epist. c. 2. offerentes hostias spirituales, addit enim spirituales, ad distinctionem illarum, quæ non spiritualiter, hoc est mysticè, sed proprie sacrificantur.

\* SACERDOTES IN SPECIE.  
 Primum LEGIS NATURÆ.

In lege naturæ sacerdotes erant capita familiarum, ut Noe, Abraham: vel ii, quos Deus particulatim designavit. Primo-geniti enim erant, & capita familiarum, principes fratrum, & annexum erat iis jus sacerdotio, antequam illud Levi, aut Leviticæ tribui desereretur. Celebri fuit sacerdos in hac lege MELCHISEDECH, qui Abraham victori occurrit; & in gratiarum actionem Deo panem, & vinum obtulit: erat enim sacerdos Dei altissimi. De hac Oblatione vide locum de Sacerdotio, & Eucharistia. Quo verò titulo è prioribus Melchisedech dicens sit fuisse sacerdos, non conitat, cum ipse sacrificium figurasset, sacrificium Eucharisticum, ut alio loco dicitur.

LEGIS MOISAICÆ, SIVE AARONICÆ.

Vide Locum de Judois, Tit. Judoorum societas religiosa, Item locum de Magistratu, Tit. Magistratus, & Imperii Christi, respectu dignitatis considerata. Requiritur etiam Locus de Levitis, Et infra Locus de sacerdotio.

LEGIS GRATIÆ.

Sacerdotes legis Gratia nulli propriè dicendi, nisi qui legitime sunt ordinati, ut omnia Concilia, Patres, omniumque Ecclesiarum consuetudo docet.

INSTITUTIO SACERDOTUM  
 LEGIS GRATIÆ.

CHRISTUS sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, in novissima ætate, quæ nocte tradebatur, postquam corpus suum, & sanguinem sub speciebus panis, & vini consecrasset, & Apollolis præsentibus distribuit, eisdem præcepit dicens: Hoc facite in meam commemorationem, in quibus verbis eos ordinavit sacerdotes, eisdem injungens non solum, ut manducarent, & biberent, sed & consecrarent, sive benedicerent, & distribuerent. Justit enim, ut in sui memoriam facerent, quod cum facere viderint. Et factur ipse Lutherus, G justificationem hanc referri ad tres actiones, quas Christus fecit, videlicet benedicens, distribuens, & sumendi. Lib. de Institutione, ministr. ad Pragen. Calvin. lib. 4. Inst. c. 15. §. 20. Confessio. Augustin. cap. de Missa.

Docet autem Damalus & Anacletus, Christum instituisse duos ordines sacerdotum, & Episcoporum in Apollolis, qui majores sacerdotes vocantur, & potestatem, quam exercent in inferiores, atque Ecclesiam sibi commissam: & aliorum inferiorum in LXXII. discipulis, præter quos certum est nullum ordinem sacerdotum à Christo fuisse institutum.

Et sanè cum Christus pronuntietur, & verè sit sacerdos, idque in æternum secundum ordinem Melchisedech, ratione oblationis in cruce peractæ, & panis, ac vini, quæ in corpus suum, & sanguinem consecravit, & à nobis ille receperit, sic ut amplius in specie panis, & vini non offerat per semetipsum; necessarium fuit, ut per ministros suos officio sacerdotis fungeretur; æternum enim sacerdotium comitatur æternum sacrificium, cum illa ad invicem sint relativa.

SUCCESSIO.

Sacerdotes Evangelicæ legis succedunt non Christo, cuius ministri sunt Vicarii in sacerdotio secundum ordinem Melchisedech; sed iis, quos Christus primum, & quos deinde Apostoli à Christo ordinati, hæc dignitate insigniverunt. Neque ea successio derogat unitati, & æternitati sacerdotii Christi, ut vult Calvinus l. 4. Inst. c. 18. §. 1. & sequ. quoniam potius eam astruit, ex quo Christus visibiliter, & per se non sacrificat in terris, ac humano more; necessarium est enim id per ministros, aut alios sacerdotes fieri: eosque Christo interiores, qui cum semper vivit, non habet successorem, qui in eadem dignitate, & potestate ejus locum supplet, & modo Aaron olim: habere tamen potest ad ministrum, & ministeriorum suorum dispensationes. Ut constat. Apost. ad Ephes. 4. 1. Corinth. 5. & iis locis, ubi Christus committit Petro ovile suum, aliis in generali facultatem impartit ligandi, solvendi, prædicandi, baptizandi, &c.

Et quamvis Sacerdotes succedere dicantur Apollolis, tanquam, qui primi fuerint à Christo instituti Sacerdotes, tamen simpliciter, & absolute iis dicendi sunt succedere Episcopi. Quippe in Apollolica auctoritate continetur omnis Ecclesiastica

facultate potestas. Erant enim Apolloli primum Christiani, & membra Ecclesie. Secundo, erant sacerdotes. Tertio, summi sacerdotes. Quarto, summi non in uno loco, sed in toto orbis terrarum. Poterant enim ubique prædicare, baptizare, ordinare, leges ferre, punire, &c. Sed hoc ultimum in solo Petro fuit ordinarium munus, in cæteris extraordinarium, & quasi delegatum: & idcirco soli Petro succedi videmus, non autem ulli alteri Apollolo, in illa summa in totum orbem potestate. Cætera tria erant omnibus ordinaria. Quare licet omnes Christiani aliquo modo succedant Apollolis, quatenus illi fuerunt primi Christiani: & omnes sacerdotes eisdem Apollolis succedant, quatenus illi fuerunt primi summi sacerdotes: tamen soli isti simpliciter illis succedunt, quia succedunt in tota eorum ordinaria auctoritate, in qua sola succedi potest. Idque patet etiam ex praxi, & testimonio sanctorum. Nam si quis petat, quis succedat Apollolo Jacobo? omnes respondentibus, Episcopus Hierosolymæ. Quis Apollolo Joanni? Episcopus Ephesus, & ita de aliis.

OFFICIUM, ET POTESTAS.

Sacerdos novæ legis officium circa tria potissimum versatur, videlicet circa divinorum celebrationem: Ecclesiasticorum Sacramentorum dispensationem, & populi instructionem. Ita S. Thomas in opusculis. Præcipuum tamen illius munus est sacrificare, ut constat ex S. Paulo ad Hebræos 5. omnis Pontifex ex omnibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, id est, oblationes primitiarum, & altarum rerum: & sacrificia, id est, victimas, & alia, quæ proprie sacrificantur. Loquitur enim Paulus generaliter de Sacerdotibus tantum veteribus, quam novis.

Sunt etiam à Christo constituti iudices super terram, cum hæc potestas, ut nemo potest baptismum relapsus, sine ipsorum sententia valeat reconciliari; & ut in veteri lege cognitio lepræ corporalis, ita in nova cognitio lepræ spiritualis, sive peccati ad sacerdotem pertinet: & ad eos, qui spiritualiter leprosi sunt, accedere debent, neque enim iudicium exercere possunt illi, nisi de causa cognoscant. Communicavit enim Christus illis vias clavæ, id est, veram auctoritatem cum potestate ligandi, atque solvendi illos omnes, qui se iisdem legitime subjecerit. In qua etiam clavium potestate continetur, ut quod penitentibus opus aliquod poenale debeat injungere in satisfactionem pro poena temporalis peccato debita.

DIGNITAS à MUNERE.

Summa, & prima dignitas Sacerdotum legis Gratiae consistit in consecratione corporis, & sanguinis Domini, ad quam adeo est necessaria legitima ordinatio sacerdotalis, ut absque illa nihil agatur. Si quidem Christus dum præcepit hoc facere, fecit quod ipse fecit, consecraverat namque, & distribuebat; non alius præcepit quam Apollolis, ut quo mandato constituebantur sacerdotes, ut supra diximus.

Audiamus hæc de re B. Augustinum ita in Sacerdotium laudes extipiantem, Comment. sup. Psalmos. O veneranda sacerdotum dignitas, in quorum manibus, velut in utero Virginis, Filius Dei incarnatur! ô sacrum, & celeste mysterium, quod per vos Pater, & Filius, & Spiritus sanctus operatur! uno eodemque momento idem Deus, qui præsidet in cælis, in manibus vestris est in Sacramento altaris. O venerabilis sanctitudo manuum! ô felix exercitium! ô verè mundi gaudium! Christus tradit Christum, id est, Sacerdos Dei filium, cuius sunt deliciae esse cum filiis hominum: & quod datum non est Angelis, concessum est homini. Sacerdos enim hoc ineffabile conficit mysterium, & Angelus conficienti sibi quasi famulus assistente. Super hoc tam insigni privilegio stupet cælum, miratur terra, veretur homo, horret infernus, contremiscit Diabolus, & veneratur quam plurimum Angelica celsitudo.

Etiam ex auctoritate, & potestate remittendi peccata dignitas elucet; quid enim admirabilius, & magis obtusescendum, quam hominem haberi mortalitatis obnoxium, qui tanta sit potentia, tanta prædicitur auctoritate, ut si accedat alter gravissimum criminum pondere onus, denunciare idem possit. Ego te absolvo, remitto tibi peccata tua? atque hoc tanta veritate, & effectu, ut si impedimentum est rei parte positum non fit, statim illo instante, quo Sacerdos desit, omni reatu, anima absolvetur, & tanquam particeps Angelicæ puritatis resplendet, quamvis omni cloaca immundior omni fuisse damnone fecerit?

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

Semel dixit Dominus paralytico: Homo, remittuntur tibi peccata tua; & quicumque audierant, tanta offensio commoti sunt, ut intra fe dicerent: Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? in hoc veritati non parebant, quia id facere proprium esset Dei.

Hoc porò munus, hæc potestatem licet sibi propriam sacerdotibus Deus delegavit: adeo ut fide Christi interposita, quæcumque illi in terris peccata absolvent, absoluta sit habiturus in cælis.

Iisdem etiam Christus divitiarum suarum, & bonitatis thesaurus credidit, ut eos expendant pro ovium sibi creditarum utilitate, & necessitate. Hinc & salem terræ eos Christus appellat, quod per illos universum genus humanum conditur, ut explicat Gregorius, & lucem mundi, in quibus error tenebris sint velut candela, non sub modio, sed super Ecclesiæ candelabrum constituti, ut ingredientes lumen doctrinæ eorum videant.

S. Joannes Chrysostomus, sex libros de dignitate Sacerdotis edidit, inque illis multa adfert, quæ dignissima sunt, ut à Sacerdotibus altissima memoria reponantur. Exilto frequentes sententias depromptimus: Sacerdotium ipsum in terra quidem peragitur, sed in rerum cælestium classis, ordinemque referendum est, atque id quidem merito. Quippe non mortalis quilibet, non Angelus, non alia quavis creatura potentia, sed Deus ipse ordinem hujusmodi disponit: idcirco necesse est, Sacerdotem sic esse purum, ut si in cælis ipsis collocatus, inter cælestes illas virtutes mediis flaret: terribilia namque sunt, atque horrida, quæ administrat.

Item hom. 5. in cap. 11. Sacerdotium est ipso regno majus, ac venerabilius. Nam si vis videre quantum abdit Rex à Sacerdote, expendi modum potestatis utriusque tradidit, videbis Sacerdotem multo sublimius Rege sedentem. Quamquam enim nobis admirandus videatur thronus regis, ob gemmas affixas, & aurum, quo cinctus est: tamen rerum terrenarum administrationem foritur, verum Sacerdoti thronus in cælis collocatus est, & de cælestibus negotiis pronuntiandi hæc auctoritas.

Et homilia 3. ad populum Antiochenum: Habet Sacerdos justitiæ thoracem, habet & loriceam veritatis, habet & calceamenta multo honestiora ab Evangelio pacis, habet & gladium, non ex ferro, sed spiritus, habet & coronam capiti impostam: splendor hac armatura, atque pretiosior est: Quamobrem Rex hic dicens est, & multo illo honoratior. Nam si de bonis cælestibus agatur, Rex ad sacerdotem, non sacerdos ad Regem confugere solet. Hæc ille.

De Ambrosio scribit Theodoretus lib. 5. hist. cap. 17. dixit cum Theodosio: Purpura Imperatoris facit, non sacerdotis.

Item Ambrosius in lib. de dignitate Sacerdotali, cap. 2. Sacerdotalem potestatem Regis anteponeit. Quod & faciunt Nazianzenus in orat. ad populum timore percussum, & Chrysostomus hom. 4. in cap. 6. Iste.

Illud quoque reipso docuit S. Martinus, cum in convivio Imperatoris anteposuit Presbyterum suum Imperatori, ut scribit Sulpirius in ejus vita.

A NOMINIBUS VARIIS, ET EPITHETIS  
 SANCTORUM.

Dignitatem Sacerdotalem variis nominibus expressere vitæ sancti. Et quidem apud Malachiam cap. 2. & in Apocalypsi cap. 1. & sequ. vocantur Angeli, tum quod sint Nuntii cælestes, qui doctrinam Christi, & Legem Dei populo annuntiant: tum quod Angelicam puritatem hæc æmulari conveniat.

Psalmo 28. Filiorum nomine accensentur, ubi dicit David: Afferre Dominò Filii Dei; afferre Dominò filios arietum.

Basilium illustre illud Theologicum sydus, qui maximo in Scripturis explicandis judicio polluit, in hunc Psalmum commentatus, primum verum sacerdotibus quadrare arbitrat, dicitque rectè Dei filios appellari, qui eidem est officio sacrificant: & tales sint oportet, qui hoc divino nomine voluit honorari. Rationem hujus ingenio suo dignam affert: solus enim verus Dei Filius Patri acceptum offerre Sacrificium potuit: ideò enim venit in mundum, quia nullum tale poterat reperiri. Qui ergo ex parte, & mandato Filii Dei propitioras hostias immolabant, quantum fieri potest, ipsi assimilari debent; ut eodem nomine, & encomio digni habeantur.



Hoc ipsum *D. Hieronymus* excussit super Evangelium, in quo Christus discipulos interrogavit: vos autem quem me esse dicitis? sic enim ait S. Doctor: Prudens lector attende, quod ex consequentibus, textuque sermonis, Apostoli nequaquam homines, sed Dei appellatur. Cum enim dixisset, Quem dicunt homines esse filium hominis? statim subiecit: vos autem quem me esse dicitis? quasi diceret: Hominibus, quia homines sunt, humana opinantibus; vos, qui Dei estis, quem me esse existimatis?

S. Petrus de Sacerdotibus loquens *cap. 2. Epist. 1. ita* scribit. Vos autem genus electum, Regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes eius annuntietis, qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum. Genus dicit electum, non per carnem, aut sanguinem, sed nobilitate spiritus & adoptione filiorum Dei, simile ei animi munditia, & claritate Regale, inquit, sacerdotium: Regis enim esse oportet, ut in pravas mentis affectiones dominemini, & corporis libidinem reprimatis: ut in omni actu legem impietatis divini, & ad recta rationis dictamen vitam comparetis, vestri rectores, cum estis populo item operibus bonis ad exemplum impetratis. Reges terræ vos appellat, quod terrenas delicias continentis: Reges hominum, quod in illos, Deo tantum secundi, spiritali unanimitate potestate, quæ longè major est, ac præstabilior ea, quam Principes hujus mundi in subditos gaudent exercere. Quid ultra? ipsi vobis Dæmones parent, & auctoritate venerunt; tanta cum Deo vobis constituta est necessitudo, ut ad nutum vestrum cælo delapsus suorum se sitat manibus Sacerdotum. Vos denique quia regali cinctis sacerdotio, coronam, quod regni insignis est, in vertice gestatis.

Sunt quoque mediatores inter Christum, & homines, ut qui pro universo terrarum orbe, ut ait *Chrysost. lib. 6. de Sacerdotio* Legati intercedunt, deprecatoresque sunt apud Deum, ut hominum omnium, non vivuntium modo, sed etiam mortuorum peccatis propitius fiat.

De Aarone loquitur Scriptura, cum ignis concitatum multitudinem corripuisset, & fragram ederet luctuosam, accepit ille thuribulum, & hausto igne de altari misit incensum desuper, & stans inter mortuos, & viventes, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit.

Communi verò nomine appellantur presbyteri tanquam Sacerdotes, & olim eo etiam Episcopi dicebantur. Communiter tamen ex eadem origine nominatione senioris & *in psal. 110. v. 4.* atque ex institutione septuaginta duorum seniorum in veteri testamento, quamvis ea nomina communia sine, aliquando tam Apostolis, quam cæteris inferioris ordinis Sacerdotibus est apud *Hieronymum in cap. 1. ad Tit. 2. ep. 85. 69. in cap. 2. Agg. (qui ep. 4. ad Rufinum etiam senioris vocabulum ait esse dignitatis) natum videtur, ut nostri Sacerdotes ab Episcopis, qui succedunt Apostolis, distincti, ac tanquam septuaginta duorum discipulorum successores, sicut hi septuaginta duobus senioribus veteris Testamenti respondent, & Apostoli Aarone, ac filiis ejus, atque Levitis, inde inquam, natum est, ut seniores, ac Presbyteri nominentur.*

Presbyteros autem pro Sacerdotibus minoribus intelligit *Jacobus in epistola cap. 5. 14.* volens induci eos, ut orent, & ungant infirmos.

Hos Presbyteros *Anacletus cap. 26. distinctione 84.* non propter decrepitam ætatem (hanc *Augustinus in Psalm. 70. concio. 2.* proprie apud Græcos putat *γῆρας* dicit *πρεσβῆρας*, gravitatem, quæ post juventutem advenit) sed propter sapientiam nominatos tradit.

\* AB HONORE SACERDOTIBUS IMPENSO.

APOPHTHEGMATA, ET EXEMPLA ILLORUM, QUI SACERDOTES Honorarunt.

*Vide multa in Loco de Ecclesia, Tit. Ecclesiastici honorati. Vbi de honore exhibitio Sacerdotibus. Ac primum de Sacerdotibus Gentilium honore affectis.*

Pleni sunt totius antiquitatis Annales, plenissimaque auctoritate scriptorum ostendit *Bayonius 10. 1. Ennal. ad an. 57. pag. 425.* ab omni gente, populoque Sacerdotibus maximos honores decretos fuisse. Et quamvis veri Dei agnitione non fruereur; occulto tamen afflatu, & lumine naturæ aliquam divinitatem, licet falsam, cum agnoscerent, eodem

naturali instinctu judicabant, eos, qui Dei essent ministri, & offerendis Sacrificiis deputati, polleere debere omnium honorate, omnique probitatis existimatione esse dignissimos.

*Strabon lib. 17. Geogr. refert, in Æthiopia, sive Abyssinorum regno summa Sacerdotum potestate, & imperio valuisse: adeo ut penes illum jus esset regem regno excedendi, & præficiendi quem dignum ipsius existimasset.*

*Aelianus lib. 14. var. hist. cap. 34. idem in more Ægyptiis fuisse tradit, additque soli Regi, ac Sacerdoti usum purpuræ concessum.*

*Eusebius quoque PERSAS id observasse narrat, solique sacerdotibus de rebus difficillimis creditum judicium.*

*Josephus lib. 14. Ant. c. 18. testatur in magno illo AREOPAGITARUM concilio, ubi gravissimas quæstiones decidebantur, judicandi potestatem soli Sacerdotibus permissam.*

*Cæsar. lib. 6. de bello Gallico, prodiit DRUIDAS Sacerdotes apud Gallos olim in fummo honore fuisse, adeoque de controversiis publicis, privatique constituisse.*

Porro *Aristoteles in politicis, clare docet, inter cætera Reipublicæ munia, quibus illa stabilitur, & perenni quadam tranquillitate perficitur, esse, præcipuum cæteri Sacerdotii dignitatem, cujus est divina curare, victimas pro omnibus offerre, communemque salutem deprecari.*

Admiratio sane dignum est, quod recitat *Pierius in Hierogl. lib. 20. c. de nob. in tanta apud ÆTHIOPEs Decorum mystas habitus æstimatione; ut cucuicumque, licet & Regi, dixisset Sacerdos illum Diis iratis vitam trahere; miser ille mortem sibi consciret, ratus magis conducere vita privari Sacerdotio obediendo, quam illa sibi contradicendo, quod & confirmat *Diodorus Siculus lib. 3. de ant. fab.**

In GERMANIA, teste *Tacito*, nulli secularium Judicium, ne Regi quidem fas fuit, quenquam morti addicere: solis verò Sacerdotibus. Perstudebant illi gentes barbaræ ( & merito) tam arduum negotium, quale est vitæ humanæ, ad nullum posse tribunal securi agitari, quam Sacerdotum, firmiter credentes, quod illi in re tam seria stantissent, non sine Diis fore determinatum.

Huc pertinet, quod fensit *COMOEDUS*: etiam si humana nequitia ex ad quavis alia scelera extenderet, nunquam tamen cor prorumperet audacis, ut Sacerdotum sacrosandum non G men, aut munus violaret. Quis est homo, inquit, tanta confidentia, qui Sacerdotem violare audeat? *Plautus in Rydente, act. 3. scen. 2.*

*Cicero lib. 2. de legibus, in sua Republica mirifice extollit honorem Auguribus solum præstari: qui tantus est habitus, ut summo jure, & auctoritate summis præsent imperiis, & potestatibus. Magistratu esse abdicant, Consules decernebant: legem tollebant, si non jure rogata esset nihil denique domi, nihil foris gestum, sine eorum assensu potest cuiquam probari.*

Addit *Dion. Halicarnas. lib. 2. hist. Rom. Sacerdotes publico stipendio alitos.*

*Plutarchus in Problematibus refert, Sacerdotes Romanos ad jurandum à Judice compelli nefas fuisse. Sed cum in re gravissima eorum requiebant testimonium, absque Sacramento testabantur; quod Sacerdotalis officii dignitas tantam nudis verbis, quantum cæterorum juramentum, fidem postularat.*

Qui non paucis gentibus, ad regie dignitatis splendorem, atque auctoritatem confirmandam consuetudine, H ac lege cautus fuerit, ne Rex haberetur, qui non esset & Sacerdos, quinimo nemini Regem esse licebat, nisi Sacerdotibus cæteris præmerentur religione, & sapientia. Quod usu tenuisset Ægyptios auctor est, *Plato, libro 10. de regno, & idem Ambrosio teste sermone 18. in Psalm. 118.* inter alias peregrinas nationes, quas ille suscepit, fuit potissima, quia in Ægyptum delatus est, vitæ, gestorumque Moyhis, & eorum, que ad Dei legem, & Prophetarum doctrinam facerent, ceruus dederent. Verba ejus sunt: Plato eruditissimus gratia profectus est in Ægyptum, ut Moyhis gesta, legis oracula, & Prophetarum dicta cognosceret. Inter alia autem didicit, apud Ægyptios non licere Regem abique Sacerdotio imperare. Quinimò si ex alio genere quisquam usurparet regnum, cogebatur statim sacris initiari, ut simul Rex esset, & Sacerdos. Hanc legem & ipse tulit in ea civitate, quam finxit, eum mores optimos, & optimum Reipublicæ statum exquiret.

Ob-

Ob hanc etiam causam magnus ille *Mercurius Ægyptius* se Trimegistum nominavit, quo titulo tripliciter esse magnum innuit, magnum scilicet Sapientem, magnum Regem, magnum Sacerdotem.

*XENOPHON* insuper generatim omnes Reges Lacedæmonicos etiam Sacerdotes fuisse asserit.

Idipsum primi Romanorum Reges, ac post Imperatores, observantur, ut notat *Isidorus lib. 7. Ethymol. cap. 12. & refert. in C. Cleros 21. dist.*

Regem *NUMAM*, primum apud Romanos Sacerdotem creatum esse, commemorat *Dion. Halicarn. lib. 2.*

*GALBA* quoque Imperator Sacerdos fuit. *Suetanius in Galba.* Denique quam disertè *Poeta 3. Æneidos Rex Anio, Rex idem hominum, Phœbique Sacerdos.*

De mensa *Jezebelis* Regina comedisse quadringentos Lucorum Sacerdotes, constat *lib. 3. Reg. c. 18. v. 19.*

QUANTO HONORE IIDEM GENTILES VEROS APPHECERINT SACERDOTES, EX S. SCRIPTURA, ET HISTORIIS.

In *Genesi cap. 47.* patet, grassante septem annos fame Ægyptica, cum frumenta nulla excreverent, cum feri, nec arari terra posset, tanta omnes penuria confictos, ut pani comparandis, hæreditatibus, cunctisque opibus se exuerent. Hoc misero tempore possessioibus, & agris Sacerdotum nihil detractum est, adeo ut non solum suis non cederent, nec tributum, aut vedigalibus gravarentur, verum illis ipsi tanquam genti divinis obsequiis devotæ, & quæ communi bono invigilaret, & regalibus horreis necessaria victui ultro delata sunt.

Simile legitur *1. Esdræ 7. vers. 2.* ab *ARTAXERXES* Persarum potentissimo Monarcha, licet veri Dei cognitione illustratus non esset, tantum Sacerdotes honore præventos, ut, præterquam quod ipse Regia indulgentia omnes Levitas, ac Sacerdotes manumississet, in itinere commatu publico præstitit securitatem. Insuper argento, & auro, quod Babylone convehent, sacrificia rursum procuraret, concessit: districte inhibens, ne quis ministrorum, aut Prætorum eo procederet confidentia, ut servis: Dei altissimi portoria, tributa, aut hujusmodi vexationes imponere præsumeret.

Porro cum *JOSEPHUS* totius Ægypti gubernacula tanquam primo à Rege delata essent, exivit *Pharao*, ut illum omnes fixo genii coleret, nihilque sine ejus iudicio ardegeret: Quin auro ipsum honorat, instar *Velleris aurati*, de collo pendente, annuloque regio donavit. His omnibus uxorem filiam *Potifar* Sacerdotis *Heliopolos* superinduxit. *Genes. 41.* Unde collige, quanta sit auctoritas officii Sacerdotale, cum Rex illi filiam conjunxit Sacerdotis, quem amplissima præferebat dignitatem. Non desunt tamen auctores graves, qui negent, illum Sacerdotali munere functum fuisse, sed tantum nomine tunc, ut majori existimatione polletet, & regio sanguini splendorem quandam adijceret.

Hinc etiam *S. Gregorius Papa, lib. 4. Reg. ep. 75. & refert in C. Sacer. 11. quasi 1.* scribens Imperatori *MAURITIO*, eidem hac ratione impiepietate reprobravit: quod ipse, cum Christianus esset, negaret Sacerdotis honorem, quem Gentiles fallorum deorum Mythis deulissent, verba ejus sunt: Ante tempora *Constantini* in Rep. Principes fuerunt, qui Deum verum, neficentes deos ligneos, lapideos colebant; & tamen eorum Sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum, si Christianis Imperator veri Dei Sacerdotes dignatur honorare; dum pagani honorem impendere Sacerdotibus novissent, qui diis ligneis, & lapideis serviebant?

Eodem invehitur zelo in Christianis *Joannes Chrysostomus hom. 65. in Genes.* Ne finis, inquit, deteriores infidelibus: qui propter errorem idolorum suorum, adhuc tantum cultum exhibent eorum Sacerdotibus: sed quantum distat error, & veritas, tantum distat illorum & Dei Sacerdotes.

SACERDOTES LEGIS NATURÆ HONORATI.

Sacerdotalem dignitatem tanta fuisse existimationis docet historia sacra *Genes. 1.* ut necessario majorem natu sequeretur, adeoque illustrum familiarum primogeniti Sacerdotes essent, & hanc præcipuum esse prerogativam; qua jus primatus natalitii, seu primogenituræ sibi vindicarent. Hanc dicunt fuisse excellentiam, quam *Esau* germano suo *Jacob* prolemis sedulo divididit; quem idcirco *Apo-*

stolus profanum vocat, quod dignitate sua cesserit ob tam vile pretium, nec postea pactum reseciderit: Abiit parvipendens, quod primogenita vendidisset. *Vide Locum Primogenitorum.*

Ceterum vestem, qua *Jacob* *Rebecca* operuit, affirmant *S. Hieronymus in Genes. 35. & Eucherius lib. 2. in Genes. cap. 48.* fuisse Sacerdotalem, qua solum utebantur, dum solemnem aliquem actum Sacerdotio adnexum exerecent: quales sunt sacrificia offerre, & ultimam a patre benedictionem accipere. Proinde dicit Scriptura, fuisse vestem hanc admodum preciosam, & solitam affervari in loco odorifero, quod tanto in pretio debeant haberi ornamenta, quibus divina mysteria peraguntur. Unde etiam *Isaac* grato vestium odore, & fragrantia allectus majori affectu benedictionem imperavit.

HONOR SACERDOTIBUS IN LEGE SCRIPTURÆ EXHIBITUS.

Exacta legis naturalis atate, Deus sibi gentem elegit, cui certam vivendi normam præscriberet. Præ cæteris igitur Sacerdotes instituit, eos sacras ceremonias, omnemque cultum edocuit, præcepitque, ut omnes illorum colerent auctoritatem, imperium, jusque amplecterentur.

In primis mandavit *Moyfi* sibi ministerio *AARON*, ut quatuor ejusdem filios designaret, qui induerent vestibus sacerdotialibus, aureo hyacintho, purpura, cocco bis indito, bysso adornatis. Etenim tam artificiosa erat hæc textura, tanquam admiranda operis polymanti varietas, ut nullus hodie reperias phrygiones, aut fegmentarios, qui non dicam exquare, sed nec ex parte imitari possent.

Omnem hunc exquisitissimum ornatum adhereri voluit Deus, ut Sacerdotum majore esset dignitas, & reverentia: Facies vestium sanctam *Aaron*, in gloriam, & decorem.

Ad eundem finem multis ceremoniis Sacerdos creabatur, ut pluribus in *Exodo*, & *Levitico* capitulis videre est. In omnibus plane voluit sacerdotes à plebe esse segregatos. Populum cæteri imperabat: ac tribum, inquit; *Levi*, non numerare, neque ponere summam eorum cum filiis *Israël*: sed consilium eos super *Tabernaculi* ministerium. Omnis autem populus supra viginti annos, Sacerdotes, & *Levites* unum post mensem censentur. Etenim cum totam *Promissionis* inter se filii *Israël* dividerent, noluit ut cum populo acciperet partem tribus *Levi*, neque certa hæreditate frueretur, quia ipse eorum esset portio, illosque fovere fecerit. Eruntque *Levites* mei, & ego hæreditas eorum. Scilicet non convenit *Sacerdotum* terrenis impediti, ac negotiis futilibus intricari. Filiis ergo dedi omnes decimas *Israël* in possessionem, pro ministerio, quo servitium mihi in *Tabernaculo* fœderis. Quippe, ut divinum cultum, ceremoniasque, & victimam procuraret, cæteros tanquam vestigales fecit, & tributarios, atque agricolas, qui seminare, metere, & de terra frugibus eos sustentarent.

Benè id advertit *S. Cyrillus Alexandrinus lib. 3. de Sacer. & Philo lib. de Sacerdot. honor.* ita distans verbis: Ex his rebribus liquet iuxta legis judicium, Sacerdotes æquari honore, ac majestate *Regibus*: siquidem illis tanquam Principibus conferri tributa imperat.

Regibus quoque, & Principibus mandavit omnem reverentiam, oblerantiamque Sacerdotibus deferre, patet *Num. 27.* ubi cum vellet *Deus JOSEPH* toti populo *Duce* præficere; *Moysem* tamen admonuit, ut Josue sacerdotem in summo honore esse habendum, ait enim: Tolle Josue filium *Nun*, virum, in quo est spiritus, qui stabit coram *Eleazar* Sacerdote. Pro hoc, si quid agendum erit, *Eleazar* sacerdos consulat Dominum: Ac si dicat: Quamvis in populo futurus sit Princeps, cunctique ejus imperium amplecti debeant, sacerdotem tamen sibi agnoscat superiorem; adeo ut horum, quæ decernit in plebem prius à sacerdotum consilium querat: qui ex divina voluntate quid factu opus, respondebit.

In *Deuteronomia* item præcipit, ut *Duce* legitime creato legis divina traderetur exscriptum, ad cujus mentem omnes vitæ suæ dirigeret actiones, & plebi acquiritis jura administraret. Hunc gradum excellentie constituit *Deus*, cum *Israëlitis* mandavit, ut si lis aliqua occurreret decidenda, ad sacerdotem appellarent, quodque ille fecundum *fas*, & æquum judicasset, omnibus probaretur. Quod si res adferret prolixus ambigua; sententia sacerdotis pro certissima veritate habetur, adeo ut quicumque hoc judicium pertinax

A 4

tinax



tinax auderet contemere, capite luere, in penam sibi, ceteris in exemplum. Audi Textum: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perpexeris, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotem Levitici generis, quereque ab eis, qui iudicant tibi iudicii veritatem, & facies quodcumque dixerint, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dextram, nec ad sinistram. Qui autem superberit, nolens obedire Sacerdotis imperio, morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctosque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Deuter. 17.

Argumentum quoque excellentiæ est, quod Sacerdotibus præcepit, ut caput nemini quamvis clara super aperirent, quod videlicet in summo dignitatis fastigio collocati, nulli mortaliu deferre hac ratione deberent.

Num. 18. hortatur, ut memores sui muneris in omnibus suam auctoritatem tuerentur: Tu autem, & filii tui custodite sacerdotium vestrum, & omnia, quæ ad cultum Altaris pertinent & intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur; si qui extraneorum accesserit, occidetur.

B Prodigii porrò istius, quo Jordanis retentus est, & portæ aquarum aperta sunt, ut populus omnis transgrediretur, sacerdotis ministros Deus elegit: qui pedes in extremo aquarum tinxerunt, quasi transire vellent, ut videretur fluvius cursum suum sacerdotibus stitisse: atque ita procedentes in medio aquæ steterunt accincti, donec omnis populus arenam alcum transisset: ipsique exeuntibus sequebantur undarum montes prepressi, reversique in alveum suum tota crepidine fluxerunt.

Præcepit quoque Dominus Ioseph, ut duodecim viros per singulas tribus eligeret, qui e loco, in quo confiterentur sacerdotes, duodecim lapides affererent, ut in monumentum admiranda Dei potentia posteritati erigerentur. Ubi & hoc advertere. Primates totius gentis electos esse, qui humeris suis attollerent lapides, quos pedibus sacerdotum calcatos contabab.

Voluit & altero portento Deus Sacerdotibus debitum honorem, & observantiam asserere. Ut quorum opera usus, muros Jericho absque omni bellicarum machinarum impulsu solo prostrerent, quos eos tubis, ac buccinis arctivis clangendo funditus diruerunt. Idque sufficit, ut potentissima, ac munifissima civitas in Israelitarum transfret potestatem.

Ob quæ tanta exultatione officium Sacerdotale cultum est, ut frequentes in facris literis, ubi sermo de Principibus, ac Regibus habetur, reperias illos, esse reapte non essent, Sacerdotes appellatos.

2. Reg. 8. ubi referuntur omnes Principes domus David, & munera, quibus fungebantur, adduntur: Filii autem David sacerdotes erant. Et certum est, reipsa non fuisse tales, cum essent de tribu Juda, in qua, Apostolo teste, nullus poterat sacerdotio fungi: atque inde idem ille probat, Christum non potuisse sacerdotem esse secundum Ordinem Aaron. Atqui huic loco conformiter loquendo, necesse est affirmare, quod sacerdotis nomen personas denotet primarias, regales.

Dicitur quoque 2. Reg. 20. Iram Jairiten Davidis sacerdotem esse, & constat officio non fuisse, cum sic ante nomen nuntiat Sadoch, & Abiatar sacerdotes: sed tantum significatur inter Regis amicos primum tenuisse locum, & quod reliquis iudicibus prælatus esset, sacerdotem appellatum.

Similiter accipe, quod habetur 3. Reg. cap. 4. de ZABUD filio Nathan, illum sacerdotem esse, familiarem, & quo privato Rex Salomon uteretur.

Prædicta robur accipiunt ab his, quæ de OZIA referuntur: Cum is anno ætatis sexto decimo regnare cœpisset, tanta præfuit felicitate, ut insignes aliquot ab hoste victorias reportaret, plurimas urbes, arcisque exstruxerit, inque tantam exercere potestatem, ut exercitum trecentorum septem milium cœnuerit, quibus ipse arma distribuit, & stipendia numeravit; tam denique prospera bello, ac pace successibus usus sit, ut nomen eius per exteras gentes longè, lateque vagaretur. Ad tantum honoris culmen evehus cum esset, Eleuatum est, inquit Scriptura, cor eius in interitum suum: adeo ut miro fastu alteram sibi voluerit vindicare dignitatem, nempe sacerdotalibus indutus insulis, thuribulo accepto, ingressus sit Sanctuarium (quod fas soli sacerdoti) ut adoleret. Sed sua fretum potentia Azarias Pontifex ab incepto con-

tus est deterrere: Non est, inquit, tui Officii, Ozia, ut adoleas incensum: sed sacerdotum, qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium: egredere de Sanctuario. Reluctantem Regem lepra invasit, quæ & ipsum revocavit a temeritate, mansitque infectus ad vitam finem: adeo ut Jonathan filio regnum cederet, & de populo ejectus, campestrem vitam inhabitare coactus sit.

Hinc intellige, in quanta fuerit id temporis æstimatione dignitas Sacerdotalis: quandoquidem, ut regni sui gloriam redderet clariorem ea se Josias præsumpserit adornare, de quo eleganter Chrysostronus bon. 5. de verb. Isai. ad medio illius, & bon. 5. de princip. tom. 1.

Huic peccato simile fuit S A D U L I S offerentis Sacrificium, qui tardante Samuele se excusavit, dicens: Necessitate compulsus obtuli sacrificium. Ob hoc scelus tanta eum vindicta Dominus esse percussus, ut & regno, & vita exuente, non obstante quod multis lacrymis Samuel reitum deprecaretur.

Eadem fuit temeritas Core, Dathan, & Abiram, eorumque assecularum: qui invidia ardebat ob Sacerdotii honorem Aaron, & filii delatum: cuiusque Levitæ essent, sibi illum asserere nitentibus, quam præsumptionem sic ultus est Deus, ut spectante omni Israhel terra absorberit vivos, & infernus cruciandus devoravit.

Cognitum est etiam, quam penam Mariæ infligerit Deus, quod fratri suo murmurando derogasset, quæ tanta fuit, ut licet Moyfes pro ea enixè supplicaret, lepra tamen infecta sit, & diebus septem extra castra genuerit, ceterorum communionem privata.

Maximas sanè poenas, quas DEUS de Israelitis in deserto sumpsit, seditiones illæ adversus Moysem & Aaron acciverunt: quippe Sacerdotibus illatam injuriam promptissime semper ultus est, quamvis patienter illa crimina ferre videretur, in illa tamen vindix inexpectatus animadvertit.

Aliæ plurimæ leguntur in facris literis correptiones, quibus eos, qui Sacerdotibus debitum honorem negarunt, apprehendit, Quod scelus quantum ipsi displicat, conquisitur Oseas cap. 4. ubi exaggerans magnitudinem peccatorum, quæ Israelitæ in idolorum cultu commiserant, eos comparat his, qui Sacerdotes nulla reverentia obedientiæque dignantur: Populus, inquit, tuus, sicut hi qui contradicunt Sacerdoti.

Exod. cap. 17. Homo quicumque fuerit in superbia, ut non exaudiat Sacerdotem, aut Judicem, quicumque fuerit in diebus illis; morietur homo ille, & omnis populus timebit eum, cum audierit.

Cum PHINES, heroico facinore se nobilitasset, quo zelo Dei impulsus, pugione transiit Zambri Israelitam aulum concumbere cum Madianito scorto, in grave totius populi scandalum, manifestamque divinæ Majestatis injuriam: ut ostenderet Dominus, quam gravis sibi hic vindictæ furor exstitisset, suam ipse iram mitigavit, premiumque statuit ultor, dicens: Erit tamen ipsi quam semini ejus, pactum Sacerdotii sempiternum: quia zelatus est pro Deo suo, & expiavit scelus filiorum Israhel.

SACERDOTES NOVÆ LEGIS QUANTUM HONORATI.

Vide Loco de Ecclesia supra citato.

CHRISTUS ipse summus Sacerdos, & Rex Regum, cum nostra testus carne inter homines versaretur, potestatem Sacerdotibus, quam habebant, non derogavit, sed eandem agnoscens leprosus, & de mundatos ad illos remisit, ut pro munere suo ipsi definerent, sanæ essent, necne tum etiam, ut recipienter oblationes, quas lex præscribat.

Quinetiam aliquos sanare statim cum nollet, eosad Sacerdotes misit, qui in itinere à lepra mundati sunt, ut viderentur ob promptam obedientiam, qua se offerre Sacerdotibus non tardabant, sanitati præfina restituti. Id constat in decem leprosis, quos prope Castellam Samaritanæ obvios habuit. Et quod magis mirandum, cum sciret Christum Sacerdotes esse hypocritas infectos, simonia depravatos, avaritia ardentes, superbia inflatos, plerumque vitorum coniugione pollutos; præcepit tamen populo, ut eos honoraret, & que prædicarent, exequenda periceret. Omnia, quæ dixerint vobis, servate, & facite: secundum opera verò eorum nolite facere.

His adde, quæ supra de officio, & potestate Sacerdotum legis Gratia per Christum illis communicata dista sunt.

Expem.

Expenduntur ceremonie, & circumstantiæ quibus Christus creavit primos Sacerdotes, ut ex eis major dignitas Sacerdotum elucescat.

Præ omnibus, quæ Sacerdotii excellentiam declarare possint, nihil mirabitur aptum videretur, quam ponere ob oculos ritus, & ceremonias, quibus Christus Dominus primos instituit Sacerdotes.

Porrò prætermittam temporis, & loci adjuncta, quamvis & in illis, quod examine dignum sit, reperias.

Quoad tempus quidem, Pascha erat sollemnissimum, & quale antea nunquam celebratum est: nam præficus sæculis in enigmate, & figura acta fuit, quæ tunc reipsa Deus, & homo implevit: Erat etiam vita Christi supremus dies (pridie, quam patretur) quo nimirum gravissima negotia homines componunt, & quo maxime in suis caritas elucescit. Huc respiciens Evangelista ait: Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et ut significaret eorum præcellentiam, quæ acturus esset, sic Discipulos servens amore allocutus est: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar.

Locus sua consideratione non caret: Christus enim cum B Apostolos ad pauperum voluntarium hortatus esset, & ad illum suo præfuit exemplo, ut primum factos Ordines conferret, apparari voluit cœnaculum magnum stratum. Et in traditione dicimus, calicem, in quo sanguinem suum Dominus consecravit, ditissimum fuisse, ex uno lapide pretioso effictum, & inauratum: qui adhuc hodie Valentia aservatur. Patena verò, quæ corpus consecratum excepit, e simili materia fabricata (ut refertur) Genæ nonnunquam videnda proponitur.

Sed & idem ipse Dominus, cui omnia Pater in manus dederat, surrexit à cenâ, & posuit vestimenta sua Joan. 13. Lavitque pedes eorum, quibus sacerdotii collaturus erat dignitatem: declarans se illos adificere amicos, & arbitros suorum secretorum. Isteque ceremoniis impletis, sacratissimum sui corporis, & sanguinis mysterium, ipsis præsentibus, instituit, dispensavit, docuit, & ut ipsi post discessum suum idem dispensarent, docerent, facerent, præcepit dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Quæ omnia facta sacerdotali munieris, & Ordinis dignitatem misitificæ augent.

SACERDOTES HONORATI A VIRIS SANCTIS.

C Narrat de Magno ANTONIO Athanasio in ejus vita, licet ille tot, tantique virtutum omnium ornatus excultus esset, ut longè, lateque facta sanctitatis eius pervagante ipsi Cæsares suis illum literis salutariter: licet enim antiamica bruta sese ejus voluntati funderent, & demonibus tam metuendus foret, atque terribilis, ut multi ab illi agitari invocato Antonii nomine liberarentur, tamen, tantuque Patriarcha adeo Sacerdotes reverebatur, ut demisso corporis habitu sacras illas manus oscularetur, & supplex benedictionem reciperet.

Gloriosa virgo CATHARINA Senensis, cum Sacerdotem incedentem vidisset, tertæ, quam calcaverat, osculum imprimebat. Antonius 3. part. hist. tit. 29. cap. 14.

DE S. FRANCISCO ait D. Bonaventura in ejus vita, illum tam intento honore sacerdotibus detulisse, ut ad sacerdotii dignitatem suscipiendam nunquam potuerit adduci. Vide de Ecclesiasticis honorati, & infra. Exempla eorum, qui sacerdotium resugerunt.

AB IMPERATORIBUS, REGIBUS.

Vide eundem locum, & infra Tit. sequenti. Sacerdotum in genere contemptus, impletas in eosdem. Latè adducitur ex loco de impietate, Hereticis, Crudelitate, Martyrio.

SACERDOTII SCEPTIO. MIRA CULA NONNULLA CIRCA EANDEM FACTA.

Cum aliquando EPHREM SYTUS, cum Diaconus, visendi gratia venisset ad Basilium Magnum, dixit ei: Pater summe honorande, unam abs te depono gratiam, & hanc mihi annuus velim. Ad quem Basilius: Jube, & die, quæ videntur tibi multa enim tibi debeo, ac maxime propter quia ad me adventus laborem, quem sumpsisti. Et Ephrem ad ipsum: Novi, sancte Pater, quod quæcumque popoleris à Deo, præbebit tibi. Cupio autem ut pro me roges ipsum, ut loqui queam Græcè. Cui Magnus Basilus: Rem postulatisti, quæ meas excedit vires; sed quia bona cum fiducia, ac in fide petis, veni, Pater venerabilissime, & deprecemur ambo Dominum: potens est enim Deus

facere voluntatem tuam. Scriptum est enim: Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & salvos faciet eos. Et orantibus illis ad plurimas horas, ac tandem ab oratione surgentibus, ait Magnus Basilus: Cur, Domine Ephrem, non accipis sacram ordinationem sacerdotii: quæ convenit tibi? Cui Ephrem per interpretem: Quia inquit, peccator sum, & responsum est ei: Magno Basilio: Utinam & ego talis peccator essem: Dixitque ad eum: Flectamus genua, & cum humi essent prostrati, imposuit manus sanctas Ephrem magnus Pontifex: recitansque orationem Diaconi, dicit ad ipsum: Jube nos surgere. Atque tunc soluta, & illustrata ejus lingua, dixit sanctus Ephrem Græco sermone: Εὐχὴν, ἡ ἀρετὴν, ἀνευρόθ, ἢ διαφύλαξον, ἧας ἀγάπης, id est, Salva, miserere, resuscita, & tuere nos, Deus, tua gratia, & impleta est Scriptura: Tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Loquente ergo ipso, & de vestigio Græcè, omnes eadem hora glorificaverunt Deum, qui omnia potest, & exaudit preces timentium ipsum. Amphiloeh, Iconii Episc. in vita ejus.

B. RUPERTUS Monachus, qui postea Abbas Tuitiensis fuit, hoc de seipso, bonus utique testis, ita commemorat, Rupert. lib. 12. in Math. Cum à superioribus suis ugeretur, ut sacris iniciaretur, & ille constanter indignitatis luge conscientia recusaret, accidisse sibi nocturnum visum, quo planè intellexerit, Deo auctore id fieri. Visum enim esse sibi videre altare, quoddam, & in eo imaginem Salvatoris crucifixi viventis, & oculos apertos in se defigentis; cujus aspectu totus incensus, cum amplexum ejus ardentissimè expeteret; sed ab altaris crepidine, quod magnum, & altum erat, prohiberetur; sensisse se tamen à Domino interno instinctu invitari, quare cum accessisset, medio altari scisso, viam ad Dominum patuisse, tumque se sidentem cum tonuisse, atque adiffimè amplexum, osculatunquæ esse; ipsum autem Salvatorem, quo profundius oscula admiraret, divinum os suum apertum, & hians præbuisse; simul etiam factum esse, ut inter eos amplexum, tum divino amore majorem in modum inflammaretur, tum etiam sacerdotii, quod antea fugiebat, desiderium sibi inspirari senserit, quod, simul ac illuxit, cum suo Abbati indicasset, paulo post cum omnium gaudio exequutum esse. Plat. libro 1. capite 37. de bona stat. Religiosi.

Consilium habuerunt inter se seniores Patres, & omnes Monachi habitatores in eremo Scythiæ, & confenserunt, ut B. ISAAC, Presbyter eis ordinaretur in Ecclesia, quæ in ipsa eremo sita est; ubi conventus die, & hora statuta multitudo Monachorum, qui in illa eremo convenerant. Audiens autem supra dictus Abbas Isaac hujusmodi Concilium, fuit in Ægyptum, & abscondit se in quodam agro inter frumta, arbutatus se indignum esse honore Presbyterii. Quæ plurimi autem fratrum sequebantur, ut comprehenderent eum. Cum autem applicuissent ad vesperam in eodem agro fatigati de itinere (erat enim nox) dimiserunt astellum, qui eis impetus portabat in locum, ubi dictus Abbas latitabat. Cumque illuxisset dies, requirentes monachi astellum pervernerunt ad eundem locum; ubi senior se occultaverat, & admirantes valde dispensationem divinam, comprehedentes ligare, & constringere eum voluerunt: & ita perducere. Venetabilis autem senior non permisit, dicens: Jam non possum contradicere vobis; quia forsitan voluntas Dei est, ut licet indignus suscipiam ordinem Presbyterii. Ex Vir. Par. 2. §. 21.

EREMITA quidam, ut ex Annalibus Hannoniz constat, ad Diaconatus ordinem jam proventus, cepit postmodum penfuculatus, profundiusque discutere, num ad dignitatis sacerdotialis gradum idoneus esset: metuebat enim se imparem: proinde ad orationem confugit, imploraturus Domini Dei nostri opem, ut pro sua clementia, & bonitate dignaretur inspirare, quid pro majore sui nominis gloria, & animæ suæ salute sibi sciendum esset. Et sic oranti apparuit venustissima facie vir candida veste amictus, baculum in forma Crucis manu gestans, quem astatur in hunc modum: Charissime frater, ita dubius es: hunc tibi trado baculum in signum sacerdotii suscipiendi. Istud autem pro certo habes, quod quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlis, &c. His dictis disparuit, & vir sanctus acquievit. Ex lib. Annotan. Hannon. cap. 139.

Pompejo COLUMMÆ bellicæ laudis, quam sacra dignitas avidiori; & obtinatio animo sacerdotales honores (ad quos eum paterius Prosper hortabatur) repudians, per quem quædam paruit



paruit Hieron. Pater, iminaci, & fevera fronte, acribusitidem castigans verbis, & dextera quatens flagellum, cum scilicet nudum vehementissimè percussurus, in exemplo propinquiorum iustis obtemperaret; atque ut in factis esset, sacris insularetur. Itaque Pompejus post multos æstus fluctuantis animi cum paterno ostento, & patrum imperiis parandum foret, valde mœstus, & reluctans quidem genio propinotarius creatur, superinductaque lineata striate stolæ apud Joannem Cardinalem patrum familiæ magister est effectus. *Jovius in ejus vita.*

EXEMPLA EORUM, QUI SACERDOTES

ORDINARE REFUGERUNT.

**B. FRANCISCUS** Fratrum Minorum antesignanus, cum esset Diaconus, ita afflictabatur erga augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, tantaq; illud reverentia prosequeretur, ut ne indignè celebrando contaminaret, semper hæserit, num eam dignitatem assumeret; licet ab aliis non parum impelleretur, ac adeo urgeretur, ut effugiendo modum ulterius non inveniret. Ad arma, itaque peritulia consuetæ confugis, hoc est, ad orationem, quæ peritit Dominus ea de re consilium. Quo facto, missus est Angelus ad eum cum phiala lucida in manu limpissimum liquore plena, atque ita dixit: Vide, Francisce, quicunque vult fieri Sacerdos, & Sacramenta administrare, ita purus esse debet in anima, sicut liquor iste. Post quæ verba noluit utrumq; postea fieri sacerdos, quia tantam animæ suæ puritatem non putavit: maximi interien faciens Diaconi dignitatem, quippe quæ ad sacerdotale proximè accedit. *Ex 1. lib. Chron. 3. Francisc. p. 1. c. 4. 1. vel secundum aliarum edit. cap. 52.*

**S. MARCUS**, non Evangelista, sed Anachoreta, pollicem sibi abscidit, ne fieret Sacerdos, quod mirandum potius, quam imitandum. Ita similiter Sacerdotium detrectavit S. Anton. S. Hilarius, & plurima Monachorum millia; adeo ut è multis Ægypti Cœnobitis, ne unus quidem Monachus inveniretur, qui esset Sacerdos, ut patet ex vitis Patrum.

A P O P H E T A M A.

Altorum, qui Sacerdotis novæ Legis honore affecterunt.

Auxit iterum Sacerdotibus debitum honorem suo dicto FRANCISCUS, qui de Sacerdotali honore, & Sanctorum gloria verba faciens, dixisse fertur: Si qui Sanctorum, in terram è cœlo lapsa, & Sacerdoti occurrerem: hujus primum manus excolularer, ac dein, Sancto reverentiam exhiberem, plus debeat se significans et; quo ministrante Christum acciperet, quam illi, qui præsens cum Christo regnaret. *Marul. lib. 3. Beyerlinck in Sepho. Cbrist.*

Considerabat, quàm sancta res esset S. JOANNES CHRYSOSTOMUS, idcirco Sanctuarii aditu arcebat eos, qui juxta legum Ecclesiasticarum præscriptum vitam instituerent negligenter, inquis: Non est æquum sacerdotali honore fulgere eos, qui vitam eorum, qui verè sunt Sacerdotes, non imitantur. *Theodor. lib. 5. Hist. Eccles. c. 28.*

Iter instituerat ad terram sanctam GUNTHERUS Episcopus Padenbergensis, cumque impetretur à Barbaro quodam, ut erat fevæ gravitatis, invasorem pugno à se rejecte in solum, addicens: Sic Barbaros penas dare convenit, si impuras manus in Christi Sacerdotes inferre conentur. Ita olim Plautus:

Quis homo est tanta conscientia  
Qui Sacerdotem andat violare? &c.  
At malo cum magno suo berid fecit.  
*Herveldens. de Gest. Germ. Beyerlinck supra.*

**D. CONSTANTINUS M.** quos non honores Sacerdotio deseri voluit, & sanxit: utpote qui lege cavere, sacerdotem præ Rege, aut quovis Principe honorari. Dicebat autem: In illis Christum honoramus, qui ejus vicem in terris gerunt. Præclare Ovid. lib. 1. de Ponto.

Vaticinor, monereque locum date sacra ferenti:  
Non mihi, sed magno poscitur ille Deo.  
*Gratian. dist. 10.*

Nec minori elogio dignum, quod de EODEM sequitur. Audiverat in Nicæna Synodo accusationes, quibus se in vicem Sacerdotis criminabantur, ac de se delatas, in sinum repositas, & Vulcano consecravit, dicens: Sacerdotum judicium Deo refero; qui velut numina, ad homines regendos, ab ipso hic in terris sunt constituti. *Egnat. 1. 2. c. 1. ex Euseb. Beyerl. sup.*

Vide Locum, Ecclesiastici honorati.

SACERDOTUM CONTEMPTUS.

Vide eodem loco, Passa contemptum Ecclesiasticos.

\* SACER DOTUM VITA QUALIS ESSE CONVENIAT.

EX COLLATIONE SACERDOTUM VETERIS, ET NOVI TESTAMENTI.

Cum Sacerdotum novæ Legis tanto excellentius sit illo priore in lege veteri, quanto sacrificium nostrum illorum sacrificia, & victimas dignitate excedit: æquissimum censuerunt SS. Patres, ut conditiones in sacerdotibus veteribus à Deo requisitæ, etiam à nostris studiosè assumantur, & in eos secundum mysticum sensum transferantur. Prosequitur hoc argumentum S. Hieron. epist. ad Fabiolam, & Greg. in Pastor. lib. 2. c. 2. & lib. 1. Registri c. 24.

Primò itaque præcepit Deus, ut è duodecim tribubus filiorum Israel una Levi eligeretur, quæ à plebe distincta cultus divini ministeria subiret. Eo tempore separavit tribum Levi, ut portaret Arcam federeis Domini. *Deut. 10.*

Hinc elicitur una conditio, quæ multum Sacerdotibus nostris necessaria à populo separatè probetur: id est, ut nullis popularibus cogitationibus intentis, nullis intricatis cupiditatum impedimentis, excellentiorem quandam vitæ rationem persequantur. Hoc enim per segregationem intelligi sic declarat. *Ambrosius:* Vides in sacerdotè nihil plebeum requiriti, nihil populare, nihil commune cum studio, atque usu, & moribus multitudinis, sobriam à turbis gravitatem, seriam vitam, singularæ pondus dignitas sibi vindicat sacerdotalis. Quomodo enim potest observari à populo, qui nihil habet separatam à populo, dispars à multitudinè? Quod enim in te mireretur, si tua in te recognoscat? si nihil in te aspicat, quod ultra se inveniat? si qua in se recubescit, in te, quem reverendum arbitrat, offendit? supergrædiamur igitur plebeas opiniones, ac vulgaris semite solum declinamus. *Lib. 1. epist. ad Irenæum Presb.*

Eandem doctrinam de sacerdotum digna, & sancta supra plebem conversatione confirmat mirificè Concilium Trident. in proximo Sess. 14. c. 1. c. 1. Tit. 1. Quod Clerici laicos in vita, sicut in officio præcedant. Ubi inter cætera hoc commendatur: Moneant Episcopi quos Clericos, ut conversatione, sermone, scientia, Dei populo præcant, memores ejus, quod scriptum est: Sancti estote, quia ego sanctus sum. Habet deinde multa Concilium, digna, quæ memoria repetantur, ut fecundum hæc vitæ suæ instituantur.

Multa sanctæ in lege veteri requiritur Deus ab eis, quos ad Sacerdotium vocabat, ut constat *Levit. 21. c. 22.* quod autem exiguntur conditiones. Inter cæteras verò hæc c. 21. Homo de semine Aaron, qui habuerit maculam, non offeret ostias Deo suo, nec accedet ad ministerium ejus: si cæcus fuerit, si claudus, si parvus, vel grandis, vel tortus, si fracto pede, vel manu, si gibbosus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus. Et sicut certum est, quantum ad sensum literalem, legem hæc exolevisse, & plures defectus ibidem enumeratos parvo fore impedimento, quo minus aliquis nunc iniciaretur; ita constanter dicendum per minutissimorum defectuum expressionem, Deum significasse, eum, qui futurus esset sacerdos, vitæ innocentia, & singulari mentis puritate excellere debere: nec in illo reperiri posse vel minimam morum deformitatem, quæ exosum esset redditura, ita commemoratur S. Hieron. & S. Gregor. ubi supra, aliique.

Itaque Theologicè hæc omnia exponit S. Gregor. p. Pastor. c. ult. & ex eo Redu ipsus. Cæcus est, qui tenebris præsentis vitæ pressus, quo gressum operis porrigat: nescit: claudus, qui videt quidem; sed infirmitatem mentis, quæ videt, perfectè implere non valet: naso est parvo, cui parva est discretio. Unde *Cassianus* dicitur. Nasus tuus sicut turris, quæ est in Libano: quia S. Ecclesia, quæ ex singularis causis tentamenta prodeant, per discretionem conspicit, & ventura vitæ bella ex alto deprehendit: nasus grandis; & tortus est, discretiois subtilitas immoderata, quæ dum plusquam decet excreverit, adionis suæ restitucione ipsa confundit. Est fracto pede, vel manu, qui bonorum operum exors vocat, *S. Cyril. lib. 2. de Adoratione*, non integrè ad probas actiones graditur, sed opus Dei facit imperfectè, & negligenter, sic enim habet: Gibbosus est, quo terrena sollicitudo deprimit, ne unquam superna respiciat: Lippus est, cujus sensum, & mentem natura excacuit, sed conversationis pravitas confundit: Albuginem habet, qui candorem justitiæ, vel sapientiæ sibi tribuens, à luce supernæ cognitionis

gnitionis se per arrogantiam excludit: jugem habet scabiem, A cui carnis petulantia dominatur: impetiginem, cui avaritia: Herniosus est, qui in abditis, id est, in mente pondus turpitudinis gestat. *Ita & Theodor. q. 30. & Cyril. lib. 12. de orat.*

EX COLLATIONE VESTIMENTORUM.

Porro præcepit olim insuper Deus, ut Sacerdos ad suum munus ritè, decenterque obeundum, ornamentis divinis, pretiosis, & assidue factis uteretur, quæ quidem præter sensum literalem multa mysteria in se recondunt, potissimum virtutes internas, & spirituales, quibus Sacerdotem decet exornari. Vestimenta etenim Sacerdotis, ait S. Gregorius ubi supra, quid aliud quàm recta opera virtutum debemus accipere? Propheta attestante, qui ait: Sacerdotes tui induantur justitiam.

Conformiter huic doctrinæ, & Spiritus sancti intento, enucleatus paulò vestimentorum illorum mysticam declarationem referemus.

Primò igitur ordinariis se vestibus Sacerdos exuebat: ut intelligatur Dei ministro, opus esse deponere secundum pristinam conversationem, veterem hominem, qui corrumpitur

secundum desideria erroris: renovari autem spiritu mentis suæ, & induere novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis, & ex quo fuerit initiatus longè diversam vitam sibi esse duendam existimare. Inde vestiebatur tunica longa, & candida, quam Albam vocamus, & hæc significat sacerdotem debere obtinere integritatem, & vitæ innocentiam, quam puer habuerit, in cujus signum ei in Baptismo dictum est: Accipe vestem candidam, & immaculatam innocentiam, quam præferas ante tribunal Christi. Eiusmodi etiam verba profertur, cum, ubi Sacerdos instituitur, sacerdotale vestimento donatur, ut memor sit virtutis studio congenitam tunc puritatem quotidie magis, ac magis efflorescere debere. De super hæc, pallio superhumerali induebatur mirabili opere intertexto. Ut detur intelligi non sufficere, si probus assumeret, & integer, sed præter hoc requiritur totius virtutis ornamenta, quæ nativum quasi colorem addito splendore accedant. Hæc tunica tota erat Hyacinthina, id est, colore cælesti, & in talos utroque propendens, minime dubium quod id sibi velit, ut virtus Sacerdotis non sit plebejorum insular, sed heroicorum, & quasi cælestis, quæ Divorum in cælis commemorantur æmuletur munditiam, exprimat sanctitatem: ut non terret, sed cœli incola, non homo, sed Angelus æstimetur, quod esse Discipulos, cum Sacerdotes instituit, dixit Christus: Vos de hoc modo non estis. *Joan. 15.*

Ex hujus Tunice, quæ carolea erat, sinitris dependebant tintinnabula de auro purissimo, quæ ex mente S. Hieron. erant septuaginta duo, & hæc inter malogranata in extrema parte tunice per gyrum. Quod innuere videtur, non esse factis, si vita Sacerdotis in sese incorrupta sit, sed debere illam illustri suo lumine intuentium in se perstringere aciem, & opere, verbo ac motu omni ita afficere, ut illi virtutem qua stupet, imitari ocyus conentur: sic enim animi pulchritudinem foris promicare necesse est, & ex oculis, vultuque, toto denique corpore coruscantes quasi sanctimoniam radios emitti, ut velut campanæ sono omnes ad pietatem invitentur, nec passus debet figi, qui nos ad virtutem erudiat, & rectæ alicujus affectiois insituit tractationem, ut quoties gressum fixerit, toties de divinis sermonem habuisse videatur: & in marginem usque vestimentorum decet planè, ut integritatis circumferat testimonium: nihil denique in membris omnibus sit, quantum vis appareat humile, quod non à sanctitate compositum Divinis fateatur.

Super his duabus tunicis Superhumerali decorabatur, veste brevi quidem, sed quæ alias sumpta, & valore superaret: nam facta fuit de auro, hyacinthino, & purpura, coccoque his tincto, & bisso retorta opere polymitatio, mirabili arte, & textura, variorum colorum species fundens, qui quatuor elementorum similitudinem quandam referebant. Hinc colligunt Doctores, in isto superhumerali totius mundi significationem inclusam: ut intelligat Sacerdos, illum tanquam Atlantis alicujus humeris sustinendum esse, & quæ proinde sanctimoniam requirit, quæ & sibi, & proximis sufficere, ut intelligat, inquam, omnium hominum scelerata, & necessitates sibi esse portandas, ac cum Sacrificio litabit, tanquam caudico, pro omnium reatu veniam rogandam esse, & promulgandam.

Confectum est præterea rationale ex auro, hyacintho,

purpura, coccoque binstincto, & bisso retorta, quadrangulum duplex, mensura palmi, factaque sunt catenula sibi invicem coherentes de auro pretiosissimo. Postique sunt in Rationali Lapides duodecim pretiosissimi, in quibus sculptæ erant nomina duodecim tribuum Israel, singuli per nomina singulorum. Paraci sunt & duo Jaspides onychini, adstricti, & inclusi auro, & sculpti arte gemmaria, singuli sex nominibus filiorum Israel, postique sunt in lateribus superhumeralis in monumentum filiorum Israel. Hic movet Sacerdos humeris suis sustinendas esse omnes fratrum molestias, & difficultates: ac quamvis molesti, ac graves sint, æstimandos esse pro unionibus, nec tantum humeris gestandos, sed & peccatoribus infigendos esse, & ipsis medullis præferendos, ut sic eos ament, atque miserentur.

Hæc omnia catenis ex auro fabrefactis necebantur, quo significetur charitatem esse, quæ reliquarum virtutum cultos sit, & ornamentum.

Præter hæc, quæ attulimus, in Sacerdotum ornamentis aliud quiddam ad rem faciendè deprehendit: præcepit enim Deus, *Exod. 28.* ut facerent Tiaram Sacerdoti, & illi alfringerent laminam sacre venerationis de auro purissimo, scriberentque in ea opere gemmario, Sanctum Domino, hoc est, nomen Tetragrammaton, & adjunxit: Erit lamina in fronte Sacerdotis, ut placatus sit ei Dominus. Docetur hic, qualiter Sacerdoti vivendum sit, nempe sanctum se esse Domino operibus ostendat, ita vitam comparet, ut quilibet divino illum cultui esse consecratum fateatur, ut nulla creatura minimam in eo partem sibi vindicet, ut dici possit homo Dei, cujus imberberit spiritum, cujus proinde se tanquam possessoris voluntati subiciat. Atque hoc nomen in Jaddo Pontifice sive summo Sacerdote veneratus fuit Alexander Magnus, dum Hierosolymam vastaturus cum exercitu venit. De quo *Josephus lib. 11. Antiq. cap. 7.*

EX SACRIFICII RATIONE SACERDOTIBUS ASSIGNATA.

Denique ex Sacrificii parte, quæ Sacerdoti obtingebat olim *Levit. 6. 7.* juxta multorum PP. sententiam, commendantur virtutes, & animi bona, quibus illam deceat exornari. Unde præcepit, ut daretur pectus scutum, & armis dexter hostiarum, armum etenim habere debet, id est, fortiter ad omnem patientiam erudiri, neque ulla calamitate à virtutis curriculo inflecti, aut retardari. Pectus verò, id est, zelum, & animos, ut peccatores à vitiorum turpitudine decerret, integritatis pulchritudinem commendat. Brachium autem, sive armum fortitudinis obtineat, id est, bonorum operum studium invictam sibi vindicet probitatem: ille autem dexter sit, ut quis intelligat, omnes Sacerdotis motus, ac operationes debere esse à lege Dei, ac rectæ rationis impulsu: nec iis finitum quid, aut reprehensione dignum posse inveniri. Addit præterea textus, Armum illum, præterquam quod dexter sit, debere esse armum elevationis, & separationis, quia nimirum ejus opera non tantum recta esse oportet, verum etiam excellentiam quandam, & altitudinem præ se ferre, ita ut plebejorum communia exercitia longè post se relinquat. Pectus scutum item sit consecratum, nec enim in pectore Sacerdotis desideria fedant, & affectus, qui non ad sanctimoniam, & religionis incrementa excitentur.

EX DEI MANDATO.

Superiora omnia Deus concludens, ait *Levit. c. 21.* Sint ergo Sancti, quia & ego Sanctus sum, Dominus qui sanctifico vos. Et iterum *ibidem:* Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen ejus: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerent, & ideo sancti erunt.

Sanctum dicit *Cbristophorus hom. 17. sup. epist. ad Heb.* non sola mandato peccatorum facit, sed quædam eminentia, & excellentia magna virtutum, præsentia spiritus, & bonorum operum opulenta.

Cur autem Deus Sacerdotes esse sanctos jubeat, rationes multæ sunt. Primò, quia ipsi in terris Dei personam representant. Dei ergo sanctitatem in se exprimere, & referre debent: hoc est enim, quod ait Deus *Levit. 10.* Sancti estote, quia ego sanctus sum. Itaque de causa summus Sacerdos in tiera scriptum gestat: Sanctum Domino. Hinc & Deus ipse ait, *Psal. 131. v. 16.* Sacerdotes ejus induam salutaris, & sancti ejus exultatione exultabunt.

Secundò, quia sacerdotes comparantur Angelis, immò officio eos superant, nec enim Angelus potest peccata condonare, aut consecrare corpus Christi, ut possint sacerdotes novæ legis